

*Christus venit peccatores salvos facere.*

Léctio Epístolæ primæ beāti Pauli apóstoli  
ad Timótheum

1, 12-17

Caríssime:

<sup>12</sup> Grátiam hábeo ei, qui me confortávit,  
Christo Iesu Dómino nostro,  
quia fidélem me existimávit ponens in ministério,  
<sup>13</sup> qui prius fui blasphémus  
et persecútor et contumeliósus;  
sed misericórdiam consecútus sum,  
quia ignórans feci in incredulitáte;  
<sup>14</sup> superabundávit autem grátia Dómini nostri  
cum fide et dilectióne, quæ sunt in Christo Iesu.

<sup>15</sup> Fidélis sermo et omni acceptióne dignus:  
Christus Iesus venit in mundum  
peccatóres salvos fácere;  
quorum primus ego sum,  
<sup>16</sup> sed ídeo misericórdiam consecútus sum,  
ut in me primo osténderet Christus Iesus  
omnem longanimitátem,  
ad informatiónem eórum,  
qui creditóri sunt illi in vitam ætéram.

<sup>17</sup> Regi autem sæculórum, incorruptíbili, invisíbili,  
soli Deo honor et glória in sæcula sæculórum.  
Amen.

Verbum Dómini.